

1172, juny, 20

Guillem d'Altés cedeix un casa canonical de la seu de Girona a Pere de Montagut, canonge de la mateixa seu, per 400 sous.

ASD núm. 36, perg. orig., 165 x 255 mm.

In Christi nomine, ego Guilielmus de Altes, bono animo et spontanea uoluntate, consilio domini Guilielmi Terrachonensis episcopi, apostolice sedis legati, et consilio Guilielmi Gerundensis episcopi et Guilielmi Elenensis episcopi et Artalli Elenensis archidiaconi et Raimundi de Terrades et Deodati fratris sui et multorum aliorum uirorum, dono tibi Petro de Monteacuto, Gerundensi canonico inreuocabili donacione inter uiuos et in presenti trado et delibero omnes meas domos quas habeo et teneo in ciuitate Gerunda, uel ego uel aliquis per me similiter, cum omnibus pertinenciis et directis et uocibus suis, et de meo iure in tuum trado dominium et potestatem, omni dolo atque fraude remota, ut de cetero possideas et habeas et teneas eas sicut superius scriptum est, prout melius intelligi potest ad tuam utilitatem et successorum tuorum, saluo iure et censu et bona consuetudine nostre Gerundensis ecclesie, et quod semper eant de canonico in canonicum. Supradictas domos dono et trado tibi in presenti sicut ego eas unquam melius habui uel habere debui, cum ómnibus pertinenciis suis uel ego uel Guilielmus de Colonico, et sicut modo habeo uel habere debeo, et propter hoc donum accipio a te .cccc. solidos. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit, non ualeat sed in duplo componat.

Actum est hoc .XII. kalendas iulii anno .xxxv. regni Ledouici regis iunioris.

Guilielmus de Altes, qui hanc cartam donacionis firmaui firmarique rogauim". Raimundus de Terrades, leuita*. Deusdedit, leuita*. Arnallus, Impuritanensis archileuita* +Raimundus, Gerundensis archileuita". Ego Gauferidus de Palafols, rogatus testis subscribo*. Petrus de Malanno, testis rogatus subscribo". Petrus de Petra Insia (*sic*). (*s. man.*) Guilielmus Raimundi presbiter*. Bemardus de Monteacuto, leuita et canonicus*. (*s. man.*) Arnallus de Rupecurua*. (*s. man.*) Petrus de Pineto, presbiter*. (*s. man.*) Berengarius Amalli de Campo Maiori*. +Guillelmus, Girundensis sedis precentor*. Arnallus de Uillafeant, presbiter et canonicus*. +Guilielmus de Quarciano, leuita*.

(*s. man.*) Bernardus leuita qui hoc rogatus scripsi, die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 124-125